Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 301.

" est habenda cautela Nos in jure periti qui
" dam de hijsdem multum necessaria sub com
" pendio decrevimus compilare. Et quia bap
" tismus est omnium Sacramentorum janua
" et primum merito de primo primitus est
" tractandum. Praecipimus itaque "&c Un
" de patet hanc summam non unius sed
plurium esse compilatorum. In fine:"
" Explicit Sum̄a Sacramentorum satis
bona."

Cod: CXXIV.

Carthac: Fol: Soec: 14. 15. A 6.6.

1.

Sermo de S. Elisabetha. 1a – 1b

Sermo de S. Elisabetha. Incipit: "Vidu
" am ejus benedicens etc. In verbis istis
com̄endatur Scta Elizabeth".

2.

Statuta Confraternitatis Cleri Saecularis. 2a – 88b

Statuta Confraternitatis a Clero Soecu
" lari in Archidiaconatu Cambacensi ini
" tae ao 1371. Titulus est: "Statuta fra
" ternitatis; initium: "Nos Clerici aliqui
" Archydyaconatus Cambacensis conside
" rantes". Sunt numero quatuordecim,
quibus regulae in suscipiendis fratri
" bus observandae, conventus annuus in ci
" vitate Gmundensi, fratrum obligationes

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 302.



tum Sacrae, tum pecuniariae, et alia praescri-
buntur. Princeps hujus Societatis Scopus vi-
dentur fuisse mutua precum suffragia, et
missarum sacrificia tam pro vivis, quam pro
defunctis consodalibus. Adnexa est prolixior
Societatis approbatio forte ab Archidiacono,
vel Decano, vel alio superiore data, quae
incipit: " Meminerint universi Christi fide-
les presentem paginam intuentes quod com-
mendabiles in Xto fratres ac Domini honoran-
di plebani vicarii capellani quorum vota Deus
perspiciens est ex alto anno verbi incarnati
M cccLXXI in die Primi et feliciani
Martyrum Beatorum — Confraternitatem mu-
tuo indixere secundum tenorem ac decretum
inferius annotatum" &c: In calce caret om-
ni subscripto, et finitur: " Neque ulli de
ante scriptis observacionibus licet iminuere
seu augere ni fiat fratrum cunctorum de
consilio generali et hic dicta sufficiunt"
Demum additur sermo, qui dicitur de fra-
ternitate, et incipit: " Psalmo 21º dicitur
Narrabo nomen tuum fratribus meis."

3

Sermones de fest: SS: B: V: M: Domini etc:

89a – 161b

Sermones de festis Sanctorum per annum.
Primus est de S. Stephano, et incipit: " Ecce
video etc Verba sunt b: Stephani in medio
Judaeorum positi." Plerumque de quolibet
festo plures habentur sermones, quibus subjun-
guntur multi alii, absq; ullo ordine, et ma-
teriarum connexione; nempe sermo in Electi-
one praelati, in Dedicatione, Sermo Jacobi de
Voragine de B: Virgine, qui incipit: " In habi-
tatione Sancta etc ubi in fine additum est:"
Explicit scriptum, et correctum in Gmunden

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 303.

" Anno Domini 1394. In Nativitate beate ma,
" rie post ave Maria". Sermones de dedica,
tione ecclesie, de novo Sacerdote, de plur,
bus sacerdotibus; iterum Sermones de variis
sanctis, de B: V: etc: ultimus de Ludis Tes,
serum /: teserarum :/. Ex quibus jam patet,
hos Sermones a quodam verbi divini preco,
ne, vel a se ipso ad usum privatum con,
fectos, vel ex pluribus oratorum scriptis
esse congestos, id quod ex elencho Sermo-
num primis codicis paginis inscripto clarius elu,
cet.

4

Sermones duo ad Clerum habiti. Primus
incipit: " Ego sum pastor bonus Joan: 20. ha,
bita forma boni pastoris", et vocatur in
elencho: de Pastoribus Socius. Alter ad
Praelatos multo prolixior: " Sobrii estote et
" vigilate pr: Petri 2do. Reverendi patres
" et domini quantumlibet populosa". Ad,
didit Scriptor tertium de S. Catharina,
et quartum de S. Jacobo Apostolo.

Sermones duo ad Clerum.

162a-174b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27463

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)